

Psalmus responsorius

Ps 129, 1-2. 3-4. 5-7a. 7bc-8 (R̄.: 7)

R̄. Apud Dóminum misericórdia,
et copiósá apud eum redémpció.

¹ De profúndis clamávi ad te, Dómine;

² Dómine, exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes
in vocem deprecationis meæ. R̄.

³ Si iniquitátes observáveris, Dómine,
Dómine, quis sustinébit?

⁴ Quia apud te propitiátio est,
ut timeámus te. R̄.

⁵ Sustínui te, Dómine,
sustínuit ánima mea in verbo eius;
sperávit ⁶ ánima mea in Dómino.

Magis quam custódes auróram.

Magis quam custódes auróram

⁷ speret Israel in Dómino. R̄.

Quia apud Dóminum misericórdia,
et copiósá apud eum redémpció.

⁸ Et ipse rédimet Israel
ex ómnibus iniquitátibus eius. R̄.